

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[139\] : De Narcisso](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [139] : De Narcisso

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[133\] : De Narcisso](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 16 : de Narcisso](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[139\] : De Narcisse](#)

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[139\] : De Narcisse](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s) Latin

Pagination p. 1073

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Narcisse](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023



petendam est à Diis, quia sepius perniciofa petuntur à precantibus. Temere nihil iudicandum monemur per hanc ipsam fabulam, quoniam vel temerarium, vel stultum, vel doloſum iudicium non patitur Deus diutius eſſe inultum.

De Narcifſo.

Vt autem temperantes, & prudentes & viri boni eſſemus, nullum eſſe facinoroſum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tamenſi Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam poſtea concitat, quod per Narcifſi fabulam explicatur. ſi quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus gloriatur ac efferatur, neque cognoſcat ſe largiente Deo hæc omnia habere: ille ob ſuam imprudentiam hæc ſibi facit pernicioſa, non minus quam malè affectus agrotantis ſtomachus, cui vel optimi cibi ſunt noxi ob digerendi debilitatem.

De Belſidibus.

Ad educationem verò liberorum Belidum exemplum pertinet. nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturæ, & Deorum religionē debent imperare; ne paterno conſilio improbi eſſe conueſcant: neque liberi crudelia & impia & inhumana patrum mandata exequi. Sin autem magis paterna, quam diuina reuerentia teneantur, Deum denique ſentient eſſe grauiſſimum impuſorum & conſecratorum hominum vindicem. nemo eum malus eſt impune.

De Sphinge.

Quæ autem dicta ſunt de Sphinge, hortabantur vniquemque ad fortunam ſuam æquo animo ferendam, cum omnis humanæ vitæ ſtatus ſit inconstans, cum humanum ſit calamitatibus ſubiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino neceſſe ſit. atque, vt ſummatim dicam, neceſſe eſt vnicuique vel ſuam ſapienter fortunam perferre, vel omnino, ſi quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique ſuperari, & in extremas miſerias incidere.

De Nemeſi.

Enimuero cum vellent demonſtrare antiqui ſapientes, nihil Deo gratius eſſe, vel vitæ hominum vtilius, quam in vtraque fortuna animi moderationem, multas fabulas finxerunt, quibus ad miſerias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli æquo animo aduerſa tuliffent, at fe-